



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Iuramentum ab animarum Curatoribus præstandum, n. 47.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

in Pastoralis, vel aliâ domo Ecclesie
proximâ habitent.

2. Idem quoque faciant Custodes.

XLVI. Ea propter quotquot habent
animarum curam, non solum intra limi-
tes suæ Parochiæ, verum etiam, quantû
commodè fieri poterit, propè Ecclesiam
in Domo Pastoralis personaliter resideât.
Quod si talis domus Pastoralis non ex-
tet, conducant honestam aliquam do-
mam, Ecclesie Parochiali, quantû fieri
potest, proximam: & interim agant cum
suis Parochianis de modo & ratione a-
licuius domus Pastoralis ædificandæ. Si
verò familiam non alant, habitationem
eligant non procul ab Ecclesia, nullo ta-
men modo in diuersorio, aut in domo
malæ famæ. Custodes autem idem fa-
ciant, quo Parocho & Parochianis op-
portuniùs adesse possint. &

a c. *necessariâ* 12. q. 1.

*Iuramentum ab animarum Curatoribus
prestandum.*

XLVII. Quò autem præmissa exa-
ctius

Etius obseruentur, & Statutis tam antecessorum nostrorum Archiepiscoporum Colonienſium, quàm declarationibus sacre Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpretum insistentes; volumus, vt quilibet Parochiale Ecclesiam seu quodcunque aliud Ecclesiasticum beneficium curatum adeptus, antequam cura animarum, vel possessio ipsius Ecclesie seu beneficij ei detur, ultra professionem fidei, præstet etiam coram Vicario nostro in spiritualibus generali subsequens iuramentum.

a Concil. Prouin. & Synod. sub Adolpho 3. Archiepisc. Colonienſ. c. secundo quia &c. pag. 523. & § primum itaque col. 2. pag 537.

Ego N.N. iuro & promitto obedientiam, reuerentiam, & honorem Summo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo Domino N. Archiepiscopo ac Principi Electori Colonienſi, eorundemque successoribus. Item iuro & promitto, quod Ecclesia mea Parochiali N. secundum oneris eidem annexi exigentiam, diligenter deseruiam, & in ea personaliter residebo. Predicta mea
Eccle-

Ecclesiæres, bona, & iura quacunque in-
uenta fideliter conseruabo, nec ea aliena-
bo, malè autem alienata, quantum in me
erit, diligenter recuperare studebo. Sic
me Deus adiuuet, & hac Sancta Dei Eu-
angelia.

Quando aliò se recipere cogentur, quid
prestare debeant.

XLVIII Si contingeret (prout nuper
ex causa retorsionum factum est) Pasto-
res gregem suum cogi deserere, & aliò
migrare, id non faciant sine nostro vel
nostri in spiritualibus Vicarij consensu,
& iudicato loco, quo sese recipiant, &
non minorem curam habeant conser-
uandæ supellectilis Ecclesiæ, quàm suæ
propriæ.

Archipresbyterorum seu Decanorum ru-
ralium officium.

XLIX. Atque vt prædicta pro voto
nostro præstentur, Archipresbyteri seu
Decani rurales solliciti sint de Pastorum
suo-